li,mater crucifixi,da quod iubes, & præbe qđ cupio. loquere,quia audiuit ſeruꝰ tuus. Dic dña mea,dic mater angelorum,mater miſericordiæ,ſi in Ieruſalē eras qñ filius tuus captus fuit & uinctꝰ,& in Annæ atrium tractus & ductꝰ. Cui illa reſpōdit. Fui itaqꝫ in Ieruſalē quādo hæc audiui, & greſſu qualicūqꝫ potui, & uix potui, ad dñm meū ueni plorās. Cūqꝫ ipm fuiſſem intuita pugnis percuti, alapis cedi, in faciē cōſpui, ſpinis coronari, & opprobria hominum fieri,commota ſunt omnia uiſcera mea,& deficit ſpiritus meus,& nō erat mihi ferè ſenſꝰ,neqꝫ uox. neqꝫ ſonus. Erant etiam mecū ſorores meæ,& aliæ mulieres multæ, plangentes eum quaſi unigenitū. Inter quas erat Mara magdalenæ, quæ ſup omnes excepta me quæ tecū loquor dolebat & plorabat. Cumqꝫ Xp̄s deꝰ precone clamante Pilato imperante ſibi baiulans crucē ad ſupplicium traheretur, factus eſt concurſus populorum poſt eum euntium,alij ſuper eum plāgentes,alij illudentes, & proijcientes lutū fimum & immunditias ſup caput eius. Sequebar ego eū prout poterā eiꝰ mœſtiſsima mater cū mulieribus quæ eū ſecutæ fuerant à Galilæa miniſtrātes ei,à quibꝰ uelut emortua tenebar & ſuſtentabar,quouſqꝫ peruentū eſt ad locum paſsionis ubi crucifixerūt eū ante me. Et ipſe me uidēs,fuit in cruce leuatꝰ,& ligno duriſsimis clauis affixus. Stabā & ego uidēs eum,& ipſe uidens me,plus dolebat de me quàm de ſe. Ipſe uerò tāquā aguꝰ coram tōdente ſe uocem nō dabat:nec aperiebat os ſuū. Aſpiciebam ego infelix & miſera deum meū & filiū meū in cruce pendentem,& morte turpiſsima morientem. Tantoqꝫ dolore & triſtitia uexabar in mente,ꝙ non poſſit explicari ſermone. Nec mirum. Erat eñ aſpectu dulcis,colloquio ſuauis,& omni cōuerſatione binigniſsimus. Manabat nanqꝫ ſanguis eius ex quatuor partibꝰ rigantibus undis,ligno manibꝰ pedibuſqꝫ confixis. De uultu illius pulchritudo effluxerat omnis,et qui erat præ filijs hoīm ſpecioſus forma,uidebaꝛ oīm idecorus. Videbā ꝙ cōplebatur illud ꝓpheticū in eo: Vidimꝰ eum,& nō erat ei ſpecies neqꝫ decor. Vultū enim illius iniquorū Iudæorū fœdauerat liuor. Iſte erat dolor meus maximus,quia uidebā me deſeri ab eo quem genueram,nec ſupererat alius,quia mihi eat unicus. Vox mea ferè perierat omnis, ſed dabam gemitus ſuſpiriaqꝫ doloris. Volebā loqui,ſed dolor uerba rumpebat:quia uerbū iam mente conceptum,dum ad formationem procederet oris,ad ſe imperfectum reuocabat dolor intimus cordis. Vox triſte ſonabat foris,uulnꝰ denuncians mentis. Verba donabat amor,ſed raucè ſonabant,quia lingua magiſtra uocis uſum perdiderat loquēdi. Videbā morientem quem diligebat anima mea, & tota liquefiebā præ doloris anguſtia. Aſpiciebat & ipſe benigniſsimo uultu me matrē plorātem, & uerbis paucis uoluit me cōſolari,ſed ego nullo mō cōſolari potui. Flebam dicēdo, & dicebā flēdo: Fili mi,fili mi. Væ mihi,uæ mihi. Quis dabit mihi ut ego moriar ꝓ te fili mi? O miſera qd faciam? Moritur filiꝰ meus. Cur ſecum non moritur hæc mœſtiſsīa mater eiꝰ? Mi fili,Fili mi. Amor unice,fili dulciſsime, noli me derelinquere poſt te trahe me ad teipſum, ut & ego moriar tecum. Malè ſolus moreris: Moriaꝛ tecū iſta tua genitrix. O mors miſera noli mihi parcere,tu mihi ſola præ cūctis places,exaggera uires,trucida matrem, matrē cū filio perime ſimul. Fili dulcor unice, ſingulare gaudiū,uita aīæ meæ,& omne ſolatiū,fac ut egoipſa nūc tecū moriar quæ te ad mortē genui,ſine matre noli mori. O fili recognoſce miſeram,& exaudi precem meā. Decet enim filium exaudire matrem deſolatam. Exaudi me obſecro,in tuo ſuſcipe patibulo,ut q una carne uiuūt, & uno amore ſe diligūt,una morte pereant. O Iudæi impij, ô Iudæi miſeri,nolite mihi parcere. Ex quo natū meum crucifixiſtis & me crucifigite, aut alia quacūqꝫ morte ſæua me perimite,dummodo cum meo filio ſimul moriar. Malè ſolus moriꝛ. Orbas orbem radio me Iudæa filio, gaudio & dulcore. Vita mea moritur & ſalus perimiꝛ, atqꝫ de terra tollitur tota ſpes mea. Cur ergo uiuit mater poſt filiū in dolore? Tollite,ſuſpendite matrem cū pignore. Non parcitis proli,nō parcatis & mihi. Tu mihi ſoli mors cito ſæua,nūc ſummè gauderem ſi mori cum filio ſimul poſſem. Dulce eſt mihi miſeræ mori ſed mors optata recedit. Væ mihi & tibi fili,mors ipſa ꝑcipitata uenit. Morte mori melius eſt mihi quàm uitā ducere mortis, Sed fugit à me miſera,& infelicem me reliquit, cui ipſa mors multum optata nūc eſſet. O fili charſsime,ô benigniſsime nate,miſerere matri tuæ,& ſuſcipe preces eius. Deſine nunc mihi eſſe durus qui cūctis ſemper fuiſti benignꝰ. Suſcipe matrem tuam in cruce: ut uiuam tecum poſt mortem ſemp. Nihil mihi dulcius eſt quàm te amplexato in cruce tecum mori: & nil certè amariꝰ quàm uiuere poſt tuam mortem. O uere dei nate,tu mihi pater, tu mihi mater,tu mihi filius,tu mihi ſponſus,tu mihi anima eras. Nunc orbor patre, uiduor ſponſo,deſolor filio,omnia perdo. O fili mi ultrà qd faciam? Væ mihi,uæ mihi. Quo uadā chariſsime? ubi me uertam dulciſsime? quis mihi de cætero cōſilium & ſubſidiū præſtabit? Fili dulciſsime,omnia tibi poſsibilia ſūt, ſed etſi nō uis ut moriar tecum,mihi ſaltem relinque aliquod benignum conſilium. Tunc iam dominus anxius in cruce annuens oculis & uultu,de Ioanne ait: Mulier ecce filius tuus. Erat enim Ioannes præſens,uultu triſtis,& corde mœſtiſsimus,lachrymis ſemper plorans. Ac ſi diceret. O mater dulciſsima,mollis ad flēdum,mollis ad dolēdum,tu ſcis quia ad hoc ueni,& ad hoc de te carnē aſſumpſi ut per crucis patibulum ſaluarem genus humanum. Quō ergo īplebunꝛ ſcripturæ? Sic eñ oportet me pati ꝓ ſalute generis humani. Die nanqꝫ tertia reſurgam,tibi & diſcipulis meis patenter apparēs: deſine flere, & dolorem depone,quia ad patrem uado,& ad gloriam paternæ maieſtatis percipiendam aſcendo: Cōgratulare mihi qa nūc inueni ouem errantē quam tam longo tempore perdideram. Moritur unus,ut totꝰ inde reuiuiſcat mūdus. Vniꝰ ob meritum cuncti periere minores, & nunc ſaluantur unius ob meritum. Quod placet deo patri,quomodo diſplicet tibi? Mater dulciſsima,calicem quē dedit mihi pater,nō uis ut bibam illū? Noli flere mulier,uoli flere mater ſpecioſiſsima,nō te deſero,nō te relinquo. Tecū ſum, & tecū ero omni tempore ſeculi. Secundū carnem ſubiaceo impio mortis,ſm diuinitatē ſum & ero ſemp immortalis & impaſsibilis. Bene ſcis unde ꝓceſsi, & unde ueni. Quare ergo triſtaris ſi illuc aſcēdo unde deſcēdi. Tēpus eſt ut reuertar ad eū qui me miſit. Et quo egouado,tu nō potes uenire modo, uenies autē poſtea. Interim Ioānes qui eſt nepos tuus,reputabitur tibi filiꝰ, curam habebit tui,& erit ſolatium fideliſsimū tibi. Inde dominus intuitus Ioannem ait: Ecce mater tua. Ei ſeruies,curā illius habebis,eam tibi commendo,ſuſcipe matrem tuā, imo magis ſuſcipe matrē meā. Dum hæc pauca diceret, illi duo dilecti lachrymas fundere nō ceſſabant. Tacebant ambo illi martyres,& præ nimio dolore loqui nō poterant. Iſti duo uirgines audiebant Chriſtū uoce rauca & ſemiuiua loquentē,ipſum uidebant paulatim morientē, nec ei poterant reſpōdere uerbum, quia illum uidebāt quaſi iam mortuū. Erant enim illi duo quaſi iam mortui,unde ſpiritus illorū uoces exhalare nequibāt. Defecerāt ſpūs illorum,& uirtutē loquendi amiſerāt. Audiebant & tacebant: quia præ anguſtia loqui nō poterāt. Solus illis dolor luctuſqꝫ remāſit amicus. Amabant flere, & flebant amarè. Amarè flebant,quia amarè dolebant. Nam gladius mortis Xp̄i aīas utrorūqꝫ tranſibat. Trāſibat ſæuus, ſæuus perimebat utrūqꝫ. Quo magis amabat. ſæuior fiebat in matre. Vulnera Xp̄i morientis erāt uulnera matris dolētis. Dolores ſæui fuerūt tortores in anima matris. Mater erat laniata morte chari pignoris. Mēte mater erat percuſſa cuſpide teli. quo membra Xp̄i ſerui foderūt iniqui. Ipſi eñ erat quam dolor tenebat. In mēte eius creuerāt immēſi dolores,nec poterāt extra refundi. Intus atrociꝰ ſæuiētes dolores nati, matris animā gladiabāt. In carne Xp̄s ſoluebat debitū mortis, qđ grauiꝰ erat quàm mor-

in anima

in anima matris. Interim Chriſtus matre cōmēdata Ioāni, dixit: Sitio. Et dederūt illi qui crucifixerunt eum,acetum cum felle mixtum. Qđ cū guſtaſſet,noluit bibere. Dixitqꝫ Cōſūmatū eſt. Et exclamauit uoce magna dicens. Heli heli lamazabathani? Hoc eſt deus meus , deus meus , ut qd me dereliqſti? Et hæc dicēs,expirauit. Tunc terra tremuit,& ſol ſua luminaria clauſit. Mœrebantqꝫ poli,mœrebāt ſidera cuncta. Omne ſuum iubar amiſit luna dolēdo. Receſſitqꝫ omnis ab alto æthere fulgor. Finduntur duri lapides,ſcindūtur faſtigia tēpli. Petræ duriſsimæ ſciſſæ ſūt,& monumēta aperta. Surrexerunt multi apertis tumulis, fatentes uoce magna Chriſtū eſſe deū. Cogitare nunc libet quātus dolor tūc infuit matri cū ſic dolebant quæ inſenſibilia erant. Nec lingua poterit loqui,nec mens cogitare ualebit quanto dolore afficiebantur pia uiſcera Mariæ. Nunc ſoluis uirgo cum uſura quod in partu non habuiſti à natura. Dolorem pariendo filium non ſenſiſti,quem milies replicatum filio moriēte paſſa fuiſti. Iuxta crucē Chriſti ſtabat emortua mater quæ ipſum ex ſpiritu ſancto concepit. Vox illi nō erat,quia dolore attrita iacēs pallebat. Quaſi mortua uiuens,uiuebat moriens, moriebaꝛ uiuēs, nec mori poterat quæ uiuens mortua erat. In illius anima dolor ſæuè ſæuiebat. Optabat mori magis quàm uiuere poſt mortem Chriſti,q̄ malè uiuēs mortua erat. Ibi ſtabat dolens,ſæuo dolore cōfecta. O uerum eloquium iuſtj Symeonis: quem promiſit gladium ſentiebat doloris. Expectans corpus Chriſti deponi,plorabat dicēs: Heu me,heu me. Reddite uel ſaltem nunc mœſtiſsimæ matri extinctū filium. Vel certè ſi magis libet me morte illi coniungite,ut cum doloribus ſuis pereant & dolores mei. Deponite illum quæſo deponite mihi,ut meum habeā corpus exanime,ſitqꝫ meus unicus mihi in ſolatiū uel defunctus. Stabat iuxta crucē Maria intuens uultu benigno Xp̄m pendentem in patibulo,pedūqꝫ ſummitatibus innitens manꝰ leuabat in altum,amplectens rubricatam crucē,ac in oſcula eius ruēs ea parte qua unda precioſiſsimi ſanguinis defluebat. Surſum manus uiſu quo poterat extendebat unicum ſuum amplecti deſiderans, nec ualebat. Sperat enim amor multa quæ nūquā uel raro fieri poſſunt. Impatiens ſiquidem amor credit quòd ſibi debeāt cedere uniuerſa. Volebat amplecti Chriſtum in alto pendentē, ſed manus fruſtra protēſæ in ſe comploſæ complexæ ridebant. Leuabatur à terra ſurſum ut dilectū ſuum cōtingeret, Ipſumqꝫ tangere nequiēs,duriſsimè recollidebatur ad terram. Ibi doloris immenſitate oppreſſa proſtrata iacebat: ſed maxima uis amoris qua incenſa mens eius ardebat, eam erigere compellebat: & amoris impetu ſurgens,reextenſis manibus ſuum attrectare filium affectabat: & rurſum magno cruciata dolore,terram repetere cogebatur. O quā malè tūc illi erat. Grauius illi erat uita uiuere tali,quā duo gladio ſæuè necari ab impijs. Tanquā mortis pallor eius uultum perfuderat,genis & ore tantū cruore Chriſti rubentibus candentes guttas ſanguinis ore ſacro tangebat,terrā deoſculans ſæpiſsimè quam cruoris unda rigebat. O graue martyriū. O frequens ſuſpiriū. O languēs pectus uirgineum. Anima eiꝰ tota liquefacta eſt, facies pallet roſea: ſed precioſo filij ſanguine rubet reſperſa. Interim uir quidam nobilis nomine Ioſeph,qui erat diſcipulus eiꝰ,occultè,tamen,ad Pilatum acceſsit,poſtulās ſibi donari corpus domini Ieſu Xp̄i. Quo ſibi conceſſo, accerſiuit quēdam uirum ſapientem & legiſperitum nomine Nicodemus diſcipulum Xp̄i occultum ſimiliter. & ueneruntad locū ubi erat dñs crucifixus,ſecum inſtrumēta ferentes quibus clauos extraherent,& ut eum de cruce deponerēt. Quos cū benigniſsima & mœſtiſsima mater aſpiceret, & ſciret eos unicum ſuum uelle deponere de cruce,quaſi de morte cōſurgens paululū reuixit anima eius,& de terra feſtina exiliens ubi iacebat dolēs uiolentia proſtrata, quod poterat adiutorium debiliſsima illis miniſtrabat. Vnus duros illos ac diros clauos trahebat è manibus , alius ne corpus exanime caderet ſuſtentabat. Stabat & Maria brachia leuās in altū,uulnera cōtēplās,manus ꝑforatas ſacroqꝫ ſanguine reſperſas intuēs,uix ſuſtinere ſe potuit. Iāqꝫ manꝰ, brachia ſctā & caput ſupra triſte pectus ſuſcepit,ut hoc ultimo & miſerādo ſolatio poſſet cōſolari. Quē ut attingere ualuit, amore materno ruens in dulciſsimos amplexus & oſcula,de ſuo ſic malè tractato filio nō poterat ſatiari. Sed cū de cruce corpus eius fuiſſet totaliter depoſitū,præ doloris uehemētia & amoris immēſitate quaſi exanimis fctā fuit. Stabat ad caput extinctū filij mœſtiſsima mater,& eiꝰ regalē faciē mortis obfuſcatā palloribus, magna rigabat affluētia lachrymarū. Aſpiciebat illđ reuerēdiſsimū caput coronæ ſpineæ diris aculeis ꝑforatū,manus illas & pedes ſacros clauis ferreis crudeliſsimè ꝑforatos,latuſqꝫ ſuffoſſum lācea,cū cæteris mēbris laceratis,& amariſsimè ſuſpirans ac flens dicebat. O fili mi dulciſsimè qd feciſti? Quare crudeliſsimi Iudæi te crucifixerūt? Quæ cauſa mortis tuæ? Cōmiſiſti ne ſcelꝰ ut tali morte dānareris? Nō fili,nō fili,ſed ſic tuos redimere dignatus es,ut poſteris exempla relinquas. In gremio meo nunc te mortuum teneo. Quid ego tua mater fili mi dilectiſsime faciam? Væ mihi fili mi, dulcedo mea,cōſolatio mea,uita mea. Vbi eſt illud gaudiū indicibile quod in tua admirabili natiuitate habui? Væ mihi fili mi,in quantum dolorē & triſtitiam uerſum eſt illud tam magnificum gaudium? Succurre mihi fili mi, & ſpiritum ſanctū mihi interim infunde, quia iam gaudij filius quod in obumbratione & angelica ſalutatione concepi,ferè præ dolore immemor deficio. Interim autē frontem & genas,naſum,oculos,oſqꝫ ſimul frequentius ōſculabatur,tanta perfluens affluentia lachrymarum, ut carnē cum ſpiritu reſolui putares in lachrymas. Rigabat fœlicibus lachrymis corpus exanime filij, & monumentum in quo poſuerūt eū,modo admirabili madidabat, ubi & eiꝰ lachrymæ adhuc apparere dicunꝛ, indicatiuæ doloris intimi q aīam eius tanquā gladius acutus pertrāſiuit. Cogitabat mirabilia facta unici ſui: & duriſsima opprobria & tormēta quæ uiderat oculis ſuis, & auribus audierat, reuoluebat in mēte, quis uidelicet , qualis & quātus fuerat quē ipſa uirgo cōcepit illæſo pudore,& peperit ſine dolore,quem etiā cū ſumma diligentia lactauerat, cuſtodierat & educauerat, qui erat ei uita, dulcedo, gaudium & ſolatium,conſilium, refugium & auxilium uitæ ſuæ. Videbat inquā dominū & deū ſuum unicū ſuū filium ſic uiliter & crudeliter pertractatum. Vnde dicebat. Dic fili dilectiſsime. Dic amor unice,uitæ meæ ſingulare gaudium, unicū ſolatiū,quare ſic me dolore perimi permittis? Cur tā longè factus à me? Deus meus conſolare aīam meā, miſerere mei,& reſpice in me. Dicat qui poteſt, cogitet quātū poteſt meditetur ſi poteſt quæ doloris immēſitas tūc maternam aīam cruciabat. Nō credo plenè enarrari uel meditari poſſe dolorē uirginis,niſi tantū fuiſſe credamus,quātū unquā dolore potuit de tali filio talis mater. Verūtamen rectum erat amoris & mœroris continens modum. Non deſperabat,ſed piè & iuſtè dolebat, ſperās tamen firmiter fortiterqꝫ tenēs ipſum ſm ꝓmiſſum ſuum tertia die reſurgere. In ipſa enim ſola in triduo illo fides eccleſiæ ſtabat: & dū unuſquiſqꝫ hæſitabat,hæc quæ fide concepit,fidem quā à deo ſemel ſuſcepit,nūquā ꝑdidit , ſpeqꝫ certiſsima dñi reſurgentis gloriā expectauit. Aderant ſecum quædā ſanctæ & paucæ mulieres, paruuſqꝫ uirorum numerus, q Xp̄m dñm aum matre flente amariſsimè flebant. Erant ſimiliter & angeli dolentibus condolentes. Dolebāt quidē pio iuſtoqꝫ dolore,morti compatientēs dei & dñi ſui,ſi tamen dolere quomodolibet poterant. Sed credo qđ gaudentes erant eò ꝙ genus humanum miſerum & captiuum miſericorditer redimebatur. Flebant & ipſi (ut arbitror) amariſſimè mente turbati,uidentes dñam ſuā matrē utiqꝫ dei ſui tam uehementi dolore repletā, tot riuulis affluentiū lachrymarum perfuſam. O quis tunc angelorū archāgelorūqꝫ etiam contra naturā ſuam non fleret , ubi autor naturæ deus immortalis , homo mortuus iacebat? Videbant Chriſti corpus ſic malè tractatū ab impijs, ſic lacera-

tum à peſsimis iacere exanime,ſuo ſanguine cruētatū. Videbant etiam illam pijſsimam illam ſanctiſsimā ac beatiſſimam uirginem matrem eius tantis cruciari ſingultibus, tam amaris repleri doloribꝰ,tam abundātibus lachrymis madidari,ſic amariſsimè flere,quòd nullo modo poterat ſuas lachrymas refrenare. Et q̄s poterat tūc à lachrymis ſe abſtinere? Fiebat proinde mœror & luctus ab angelis ibidem præſentibus,qualis decebat ſpiritꝰ almos.imo mirarer ſi omnes angeli in illa beatitudine ubi flere eſt impoſſibile,nō fleuiſſent. Credo propter quod & loquor, quia dolebant ſi dolere ualebāt. Sicut enim fuit poſsibile deū per aſſumptum hominē mori,ita forte poſsibile angelos bonos dolere de morte domini dei ſui. Ioſeph autem ab arimathia uir ſanctus & iuſtus,qui corpus Chriſti cū Nicodemo depoſuerat de cruce(ſicut euāgeliſtæ teſtantur) mercatus ſindonem inuoluit illud,precioſis conditū aromatibus:& in monumēto nouo quod ſibi exciderat ſepeliuit. Tunc angelorum milia milium qui ad Chriſti ſepulchrum conuenerant,dulces ei ac deuotas exequias & uictoriam decantabāt. Illi domino laudes canebant,ſed Maria gemitus & ſuſpiria emittebat. Dū igitur Ioſeph & Nicodemus dominum ponerēt in ſepulchro, uolebat ſimul cum illo mater mœſtiſsima ſepeliri. Erat enim innixa ſup dilectum ſuum quem amplectens ſuauiterq; deoſculās ſic dicebat: Miſeremini mei miſeremini mei,ſaltem uos amici mei. Illum adhuc paululū mihi relinquite,ut faciē ipſius ſublato uelamine ualeam contemplari,& præ amore ipſius aliquantulum uidendo conſolari. Nolite quæſo eum tam citò tradere ſepulturæ,ſed ipm reddite mihi miſeræ matri ſuæ,ut illum mecum habeam ſaltem uel defunctum: aut ſi illū in ſepulchro reconditis, ibidem me miſeram matrem cum ipſo ſepelite,quia malè poſt ipſum ſuperero. Vt quid poſt ipſum uiuam? Illi ponebant dominum in ſepulchro, & illa niſi quo poterat illum ad ſe trahere conabatur. Illa uolebat eū ſibi cum totis uiribus retinere,& ipſi uolebāt eum tradere ſepulturæ. Sicq; pia lis erat & contentio miſeranda inter ipſos. Omnes tamen uirgineo cōpatiens dolori,pro deſiderio coacti ſic amariſsimè flebāt,ut nullꝰ eorum poſſet ad plenū uerba formare. Videbāt etenim piā matrem omni quidem ſolatio deſtitutā, & ſuper ipſam potius quàm ſuper dominū ſuum extinctum plangebāt. Maior illis inerat dolor de dolore matris, quàm de morte domini ſui: fiebant igitur omnes miſerabili dolore gementes cùm Chriſtum Ieſum uitæ dominum & mortis traderēt ſepulturæ. Sepulto itaq; domino mater eiꝰ ſepulchrū amplectitur,& uoce qua poterat ſuum benedicebat filiū iam ſepultum, ingemiſcēſq; uocabat. O ſingularis uirgo & mater,iam dicere poteras. Anima mea liquefacta eſt ut dilectus locutus eſt in cruce quādo dixit: Mulier ecce filius tuus. Nūc dicere potes. Quæſiui & nō inueni illum. Vocaui & nō reſpondit mihi ſcilicet ad ſepulchrū. Ibi ſedens innixo capite manus extēdebat. deſup illud oſculās, amariſsimiſq; ſingultibus ſuum filium deplorabat. Acceſſit autem nouus filius eius Ioannes cui de cruce Chriſtus eam commendauerat diligenter,lugens & ipſe inconſolabiliter,ipſam lugētem ac gementem leuauit. Nam cruciata gemitibus,fatigata doloribus,afflicta ploratibus,pedibus ſe ſuſtinere nequibat: tamen ſicut potuit à mulieribꝰ honeſtis ac ſanctis adiuta cunctis ſimul plorantibus Ieruſalem ingreditur. Multæ autem fœminæ uidentes eam, commotæ pietate ſuper illius doloribus,amarum cōuertebantur ad luctum. Quædam uerò poſt ipſam euntes lamentabantur & ipſæ. Dolor etenim eius cūctos intuētes dolore compellebat,uixq; lachrymas continere ualebant qui eam plorantem conſpicerent. Tam piè plorabat, tam amarè dolebat,quòd ſui ploratꝰ pietate multos etiā inuitos ad lachrymas prouocabat. Fiebat planctus quacunq; Maria trāſibat. Omneſq; plorabāt q̄ obuiabāt ei. Sic igitur perducit à plorantibus & dolentibus ipſa plorans & gemēs,quouſq; peruenerūt ad domū Ioānis. Ibi reſedit, ibi permanſit,ibi in ſua domo Ioannes retinuit,& ſup ꝓpriam matrē in omni charitate dilexit. Erat enim ſibi datus in filium.ſed ipſe ſe fecerat ſeruulum eius,in omnibus & per omnia ſibi familiariter ſeruiēdo. Deniq; reſurgēte filio,præ nimia debilitate membrorum deficiens, pia mater ad ſepulchrum ire nequibat. Tunc currētibus alijs, & unicum filium cernentibꝰ dicere potuit uirgo Maria: Filiæ Ieruſalem nunciate dilecto quia amore langueo. O fœlix & beate Ioānes,cui talē theſaurū dn̄s dignatus eſt cōmendare. O Chriſti dilecte præ omnibus.& prudens,quē conſtituit dominus priuatū camerarium aulæ ſuæ ſpecioſiſsimæ. Retribuet tibi dominus uiciſsitudinem amoris, mercedemq; dilectionis quam in eius ac tua matre taliter deſolata uſq; ad finē uitæ ſuæ exhibere curaſti. Benedictꝰ quidem tu es à domino. Benedictꝰ à matre domini, quam dilexiſti,& cui ſeruiſti puro corde,& mundo corpore. Benedicti ſint omnes qui diligunt illam matrem, & ſuper omnia ſit benedictus fructus uentris tui Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat deus in æternum & in ſecula ſeculorum, Amen.

SEpulto itaq; domino,à Iudæis ſignatū eſt monumētum,& traditum eſt cuſtodibus ut cuſtodirent illud. Interim uirgo Maria in domo Ioannis manebat. Ibiq; iacebat,quia nimio dolore confecta nō poterat niſi cum difficultate magna ambulare. Ibi enim die noctuq; plorans gemebat, nec erat qui cōſolari eam poſſet ex omnibus charis ſuis,nec ſuæ ſorores,nec etiam ipſe Ioannes. Ibi amaro corde opprobrioſam paſsionem dilecti filij ſui reuoluebat,modo ſputa,modo ludibria,modo colaphos,alapas,& flagella,modo crucis angariam,modo dira clauorum uulnera,modo lanceā, modo coronam ſpineam,modo aceti & fellis pocula,mortem, uerbera & improperia,modo mortem,mortem autē crucis. Hæc autē cogitādo plorabat, atq; plorādo & eiulādo clamabat. Fili mi Ieſu,Ieſu fili mi, bone ac benigne, ac creator omnium deus,qui factus homo, morte turpiſſima es peremptus: quem terra,pontus,æthera,capere nequeunt,modo arcto clauſus es ſepulchro. Iacet filius meꝰ extinctus,& ſub lapidibus clauſa eſt uita mea. Sumens eñ corpus fragilitatis humanæ, dignatus eſt ad terram deſcēdere,& ſui eum non receperunt,ſed malum ſemper machinati ſunt,contra eum. In illum ſæuiebat Herodes ille tyrānus iniquus cum turba crudeliſsima Iudæorum,quando ſcilicet ad magorum uerba turbatus eſt,& omnis Hieroſolyma cum illo.paruulumq; & tenellum ad ubera materna pendentem morte crudeliſsima perdere nitebatur. Dehinc proficiens ætate & ſapiētia coram deo & hominibꝰ: factus eſt uir diſcurrens per ciuitates & caſtella,prædicās & annuncians regnū dei,elementis & dæmonibus imperabat,infirmos ſanabat,& mortuos ſuſcitabat. Et cùm talia faceret,ſuſtinebat inſidias,ſuſtinebat calūnias,ſuſtinebat blaſphemias,quas principes ſacerdotū, ſcribæ & phariſæi,& omnis populus contra eius innocentiam inuehebant: ſed cùm eorum perfida & peruerſa nequitia unici filij mei bonitatem ſuperexcellentem ſuſtinere non poſſet, ipſum auferre de terra nefariè cogitantes, ligauerunt,flagellauerunt, deturpauerunt, crucifixerūt, dilaniauerunt, & morte turpiſsima occiderūt: ſicut præſens dies liquido manifeſtat. Ergo uos omnes fideles Chriſti, recolite de morte & paſsione domini noſtri Ieſu Chriſti,& per totū iſtum uenerabilem diem lachrymas fundere non ceſſetis, ut in die reſurrectionis domini ad laudem,& honorē illius reſurgere ualeatis. Qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat deus per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

¶Finis lamentationum beatæ uirginis Mariæ.

Beati

¶BEATI BERNARDI HOMILIA de duobꝰ diſcipulis eūtibus in Emaus,ſecundū Lucam.

IN illo tenpore. Duo ex diſcipulis Ieſu ibant in caſtellū qđ erat in ſpacio ſtadiorū ſexaginta ab Ieruſalem,nomine Emaus: Et ipſi loquebātur ad inuicem de his oibꝰ quæ acciderāt. Et reliqua. Homilia lectionis eiuſdem beati Bernardi abbatis. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium. Recordatione tantæ dulcedinis, tuorum mitiga dolores fletuū, ut offeras reſurgenti cum aſſato piſce mellis fauum,& paſchalis agni ſuauitas temperet amaritudinem agreſtium lactucarum. Elige an uidere Ieſum deſideres cum Maria Magdalenæ ſub ſpecie ortolani, an cum duobus diſcipulis in habitu peregrini. Nam utraq; uiſio & collocutio, fidelis cōſcientiæ ſunt iubilus & dulcedo. De duobus condiſcipulis uidetur dulcius ſapere. Hæc eñ lectio mel in ore, & iubilus eſt in corde,extaſis mētis deuotæ. Dulcor eius omnem excedit eloquētiam, & totam abſorbet conſcientiam, & transformat in ſupernæ iubilationis imaginem, & deliciarum cæleſtium nouitatem. Conſiderata huius lectionis mira ſuauitas totas inebriat medullas animæ. Ex ſingulis etenim clauſulis ſentitur quidem ignis erumpere, qui ſi in ſinu abſconditur clauſus, in oſſibꝰ totos depaſcit angulos amātis cōſcientiæ. Si ſcintillet exterius,uidetur ſolis iubare ſplendidius radiare. Ibant duo. Quæ fuerit cauſa huius itineris, non declarat textus hiſtoriæ, ſed hoc fuiſſe diuinæ prouidentiæ arbitror, ut qui pro morte domini tantum erant deſolati,in uia qua ambularent cōſolationem reciperent de ipſius dulciſſima uiſione. Et forte propter hoc duo pariter ambulabant,ut dolores ſuos confabulatione mutua mitigarent, & corda deſperātia ad ſpei refrigerium reuocarent. Vnde dicūtur in Emaus proficiſci,quod interpretatur deſiderium conſilij. Deſiderabāt enim amaritudinē titubationis ſuæ ſalutari conſilio releuare. Sed ut de fauo mel exprimamꝰ, & in auro rutilante flammiuomas gēmas inſeramus, ſi quid in tam dulci hiſtoria dulciꝰ lateat, inquirere ſtudeamꝰ. Vt arbitror,iſti duo dici poſſunt oratio & meditatio,quæ coniunctione neceſſaria ſibi ad inuicem copulantur. Et per orationē illuminatur meditatio, & in meditatione exardeſcit oratio. Quoties igitur in cōtemplatione dominicæ paſsionis ſuſpēdimur, ex recordatione tantæ admirationis in oratione compūgimur. Meditatio ruminat liuores uulnerum,fixuras clauorum, lanceam,& acetum perſecutorum ſæuitiam,apoſtolorum fugam,& mortem turpiſsimam,corporis ſepulturam. Oratio fundit ſuſpiria,piæ deuotionis ſtillat aromata,tota reſoluitur in lamenta. Et factum eſt dum fabularētur & ſecū quærerēt,ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebātur ne illū agnoſcerent. Talibꝰ confabulantibus appropinquat Ieſus. Quid eſt Ieſus niſi uita & ſalus? Etenim in talibus ſermocinationibꝰ eſt uita & ſalus animæ: & eis dicitur Ieſus appropinquaſſe: quia iuxta eſt dominꝰ ijs qui tribulato ſunt corde. Oculi autē eorum tenebātur ne poſſent eū agnoſcere: quia etſi ſunt iuſti & ſapientes,atq; opera eorum in manu dei,neſcit tamen homo utrū ſit dignus odio uel amore. Si dixero (inquit, Iob) conſolabitur me lectulus meus,& reuelabor loquens mecū in ſtratu meo,terrebit me per ſomnia, & per

Iob.7.

uiſionem horrore cōcutiet. In lectulo notatur quieta meditatio, et per ſtratū in quo releuatus colloquitur, uirtus orationis exprimitur: quia in his duobus tribulatis corde, ueræ cōſolationis requies inuenitur. Sed cum ſub pennis earum deargentatis refrigerium internè quærimus,& occurrunt imaginationibus noſtris quā diſtrictæ in extremo iudicio ſunt ſententiæ iudicantis: ibi triſtitiā inuenimus,ubi ſolatium quærebamus. In hoc autem qđ appropinquās dicitur cum illis ire Ieſus,aliud poteſt deſignari iucundius. In appropinquatione enim illa ſignatur ille ſibilꝰ auræ tenuis quā Eliphaz gloriatur ſe audiſſe dormientibus cæteris,per quam etiam Heliæ conſiſtenti in oſtio ſpelūcæ legimꝰ dominum aduenisse: quia nō in commotione,non in igne,nō in ſpiritu,ſed in ſibilo auræ tenuis uiſꝰ eſt ꝑtrāſiſſe. Hic eſt ille radiꝰ ſuauiſsimꝰ cōtemplationis,quo aīa ꝑ cincinnū capitis eleuať,cū meditatione exardeſcēte,& oratione ſcintillante. Naſciť in corde iubilus quidā, ſcilicet melliſluꝰ cordis riſus, quē nemo ſcit niſi q̄ ſentit,nec eiam ipſe q̄ ſentit: q̄a citò pertrāſit. Felix hora: ſed breuis mora,q̄a factū eſt ſilentium in cælo quaſi media hora. Norūt exꝑti quæ dico,q̄ hæc experientia ſuauitatis intimæ didicerūt: quia cū in feruore orationis admiſcetur ardor meditationis, erūpit ille cōtemplationis radius de medio earum,quaſi ſpecies electri,hoc eſt de medio ignis. Et ſcintillæ quaſi æris candētis, ſuſpiria ſcilicet cōſcientiæ iubilantis. Oculi autē illorū tenebātur ne illū agnoſcerent. Infirmitatis autem ſuæ cōſcia humana conſciētia, præ ineffabili tātæ ſuauitatis gloria contremiſcit. Vnde Helias uultum operuit,& Eliphaz totꝰ inhorruit: nec Moyſes auſꝰ eſt aſpicere cōtra dominū. Et ſi uenerit ad me,ait Iob,non uidebo eum. Oculi illorum tenebātur. O ſi dominū cognoſcerēt, quātū gauderent? Quātū ipſi gauderemus ſi eum in propria ſpecie propiꝰ uideremus? Quis nō accederet imo curreret & teneret pedes eiꝰ? Sed adhuc loquitur Ioſeph per interpretem fratribꝰ ſuis. Adhuc diſsimulat ſuam nobis exhibere dulciſsimā uiſionē. Quid enim? Mortales ſumꝰ,in exilio degimus, nec illam perfectæ uiſionis lætabundam beatitudinem præ multitudine gloriæ capere ualemus. Quis enim poſſet inter illa ſupereffluentis iubilationis gaudia ſpirare quæ dabuntur in patria,cū illa etiam ſtilla dulcedinis quam nobis in uia exhibet in patria peregrina,totam mentē inebriet, & totam cordis latitudinem nouis delicijs coāguſtet? Ideo tenebanť oculi eorum: quia dn̄s erat in habitu peregrini. Et cū eū quotidie ꝑſpicimꝰ in altari ſub ſpecie panis & uini nobiſcum habitabat in habitu peregrini. Nónne ꝑ oculos intelligere poſſumus amorē & deſiderium? Diligimꝰ enim deum & ꝓximū,deſideramus regem & regnum. Sed q̄a (ut ait beatus Gregorius) incognitū eſt nobis dum in hoc corpore ſumus, quantū diligamus deum & proximū, & q̄n ex hoc exilio tranſmigrantes adipiſcamur regnum, & uideamus deum, cæcitatem patimur oculorum. Vnde in Ezechiele dicitur,quia porta & thalamus habet rectū. Nec prætermittendum eſt ꝙ cōfabulando gradiuntur in caſtellū Emaus, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalem. Dulce colloquiū & felix confabulatio,cùm meditationē tractat oratio. Habent enim mel & lac in lingua. Labia eorū ſicut uitta coccinea,dū hæc inuitat ad cōtemptum mūdi,& illa incitat ad amorē dei. Vnde dicitur in Emaus proficiſci,qđ interpretatur deſiderium conſilij. Nūquid ambulabūt duo pariter niſi iis cōuenerit? O beata conuentio quā adinuicem ſuſurrāt oratio & meditatio. Profectò ire deſiderant in Emaus caſtellum, qđ ab Ieruſalē eſt in ſpatio ſtadiorū ſexaginta. Sexagenarius numerus ex denario conſtat & ſenario, q̄ ſexies decē,uel decies ſex faciunt ſexaginta. Stadiū locus eſt in quo curriť. Denarius ſignificat decalogum,in quo decem mandatorum ſeries contineť. In ſenario uerò figuratur ſeculi abrenunciatio,& morū cōuerſio,abiectio ꝓpriæ uolūtatis,& abiectio ſine fuco ſimulationis: cuſtodia cordis, & circumſpectio ſermonis. In his ſtadijs currendū eſt,ut cùm dn̄s dilatauerit cor noſtrū,curramus in uiam mandatorum ſuorū, & pòſt deuoluamus per uiā. Et in his uijs appropinquās dn̄s ueniet nobis,ſicut ſcriptum eſt de ſapientia: q̄a præoccupat qui ſe concupiſcūt,in uijs oſtendit ſe illis hilariter, & in omni prouidētia oſtēdit ſe illis. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſermones quos confertis adinuicem ambulantes. & eſtis triſtes? Interrogatio iſta amoris ſubminiſtrat incēdia,& quaſi oleum proijcitur in flāma. Dū enim peregrinus interrogat quid triſtes adinuicem colloquūtur,& il-

le quem tam dilexerant & adhuc diligunt, ad memoriam reducitur, dulcis dolor augmētatur, & amor ſemimortuꝰ in caminum prorūpens de igniculo, in cordibus eorū uehementibꝰ debacchať. Qui ſũt hi ſermones quos &c. Putas in allocutione peregrini aliquam nō perſentirent dulcedinem amoris diuini? Imo totus in medullis eorum reuixit & refloruit amor Chriſti. Qui ſunt hi ſermones quos &c. Deus deus, quantas iubilationes iſtæ triſtitiæ genuerũt, & quā ſuaues ſuauitates ruminatæ, & quā dulcia ſuſpiria percurrũt in corde? Bone Ieſu, quā iucundo conſolaris ſuſurrio, quos de tua uides abſentia contriſtatos. Q; libenter aſtas orantibus, & aſsiſtis ſuſpirantibꝰ, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos? Q; iucūdus latitas poſt parietem noſtrum, ut audias uoces orantium, & dulceſcant tibi dolores diligentium, de pœnis rideas innocentium. Et reſpondens unus cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, & non cognouiſti quæ facta ſũt in illa his diebus? Cleophas qui interpretatur increpās ore, formam orationis uidetur exprimere, quæ ponit corā deo iudicium, & replet increpationibus os ſuum, nunc accuſans cordis duritiam, nūc inconſtantiam, nunc corporis frigore conſtrictum, nunc incepta lætitia diſſolutū. Tu ſolus peregriuns es? Corda ſolet amantium familiarius mœror compunctionis afficere, cùm tot uident inde ſpecialiter faſtidire ſtudia, & à deſiderio cæleſtis patriæ tepeſcentis ſpeciem pietatis in ſolo exteriori habitu retinere. Reſpondet ergo Cleophas quoties talium perditioni ex intimis cōdolentes tales, tales in orationes profundunt querimonias. Domine, tu ſolus fuiſti tempore paſsionis, abnegante Petro, fugiente diſcipulo quem amabas, oblito tui amoris priuilegio, fugientibus etiam cæteris. Ssd heu heu tempore compaſsionis quæ nunc eſt, religioſos uidemus non ſolum non participare per compaſsionē paſsionibꝰ tuis, nec fugere nec negare turbatione alicuiꝰ tentationis ſubitæ, ſed iniquitas eorum procedit quaſi ex adipe, tranſierũt in affectum cordis. Apponendo enim iniquitatem non uerētur ſuper dolorem uulnerum tuorum addere, qui cum ſanctis mulieribus debuerant piæ deuotionis aromatibus delinire. Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem. Dereliquerunt te omnes amici tui, longè facti ſunt à te noti tui, poſuerunt te abominationem ſibi. Omnes quæ ſua ſunt quærunt: ſe ipſos diligunt, de exilio fecerunt patriam, operibus diffitentur ſe peregrinos ſuper terram & hoſpites. Tu ſolus peregrnus es in Ieruſalem. Nos etiam excellentiori profeſsionis priuilegio æſtimamus expreſsius fieri conformes humilitatis tuæ peregrinationis, collocati ſumus in obſcuris ſicut mortui ſeculi. Sed & prudentiores ſumus in poſſeſsionibus ampliandis, & glorioſiores in ædificijs erigendis, calidiores in pecunijs congregandis. Inueniri poſſunt etiam pauci qui fideliter incedant ſemitas ueritatis. Tu ſolus peregrinus es. Iam non miratur uehemoth ſi abſorptus eſt fluuiꝰ: quia pars maxima Iordanis influit in os eius, & deiecit de fortitudine, de ſtellis, ſtrauit ſibi aurum quaſi lutum, ſub ipſo ſunt radij ſolis. Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, in eccleſia ſcilicet militante deo, quæ uidelicet non poſsidet adhuc pacem: & non cognouiſti quæ facta ſunt in illa diebus iſtis? His diebus ſanguinem tuum fudiſti pro ſalute generis humani: & tot dolores & opprebria ad ultimum crucis ſupplicium pertuliſti. Et cùm tanta pro mundo paſſus ſis his diebus, & te omnia trahere ad te ipſum promiſeris ſi à terra eſſes exaltatus, ecce exaltatus es ſuper cælos. Imo cur non eruis eos qui ducuntur ad mortē: cur ex Baſan non conuertis, cur omnes non trahis, tam paucos de multis eligis, quaſi tuæ immemor paſsionis? Non cognouiſti quæ facta ſunt in Ieruſalem diebus iſtis? In Ieruſalem diebus iſtis tu ille excelſus admirabilis occiſus fuiſti, cui Moyſes & Helias in transfigurationis tuæ uiſione pulcherima ſunt locuti. Verè domine nimis exceſsiſti: quia cùm ſis ſplendor paternæ gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, & cum ſis dominus maieſtatis, & trementibus elementis, cæli luminaribus obſcuratis, & ſtupētibus angelis, pati dignatus es tormentum abiectiſsimæ paſsionis. Verè fuit exceſſus cùm dediſti uellentibus genas tuas, cū faciem tuam non auertiſti ab increpantibus & conſpuentibus, quando cum iniquis es deputatus. Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem. Cur non trahis nos poſt te, ut curramus in odorem unguentorum tuorum? Cur das alienis honorem tuum, cùm pro nobis conſumpſeris carnem & corpus tuū? Cur ſolium gloriæ tuæ in quo iudicaſti principem huius mundi, non recordaris? Cur ſpiritum gratiæ & precum ſuper nos non effundis? ut non ſolum lingua, ſed & opere & ueritate confitentes non aduenas & peregrinos ſuper terram, abſtineamus à carnalibus deſiderijs, & trahamur ad te in funiculis Adę, in uinculis charitatis. Dum hæc Cleophas loquitur in tribulatione ſpiritus, & amaritudine mentis, uerba iſta, quanto putas repleant conſcientiam ſciſcitātis? Quibus ille, dixit. Quæ? Non eſt interrogatio neſcientis, ſed adiocantis, & quædā reciprocatio doloris. Et dixerunt. De Ieſu Nazareno qui fuit uir propheta, potens in opere & ſermone coram deo & omni populo, & quomodo tradiderunt eum ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationem mortis: & crucifixerunt eum. Primò ſolus Cleophas reſpondiſſe legitur. Nunc reſpondet tam ipſe quàm ille cuius nomē in hiſtoria nō habetur. Vnde quia eſt ſine nomine, uideť formam meditationis exprimere, quam quādoq; cogitationem quandoq; contemplationem ſolemus quaſi proprio nomine nuncupare. Secūdum uerò beatum Gregorium, iſtum fuiſſe Lucam aliqui æſtimauerunt. Lucas qui medicus fuiſſe ab apoſtolo dicitur, qui cōſurgens uel eleuans interpretatur, interpretatiōe ſui nominis imaginē repræſentat meditationis, quæ medicamentum eſt cōtribulati ſpiritus, & conſcientiæ ægrotātis. Quæ ſicut ſtellio manibus nititur, ut moretur in ædibus regis, & cōſurgens ab infimis eligendo ſuſpendiū, deſerit trāſitoria, & ſe eleuat ad ſuperna. Adiūgitur itaq; meditatio orationi, ut ex amborum reſponſione dulcioris balſamus melodiæ, diffuſiores ſpiret delicias in auribus peregrini. De Ieſu inquiūt, Nazareno. Oleum effuſum eſt nomen eius. Oleum inquā effuſum, unguentum aromatum, iubilus cordium Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Sed frangatur alabaſtrū, perflet auſter ortum aromatum, myrrha det odorem ſuū, diffluant riuuli balſamorum, crucifixus ſit in memoria, crucifixi replicetur iniuria, crucifixi ruminentur opprobria, & charitas indefeſſa. Omnia interiora noſtra loquantur de Ieſu Nazareno, qui lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, ut ſimus potentes opere & ſermone. Nonnulli potentes ſunt in opere, ſed non in ſermone. Alij in ſermone ſed non in opere. Quidam potentes ſunt in utroq;. Qui ſtrenuus eſt in exercitatione corporali, bona quæ præualet non negligit operari. Patiens in tribulatione, & gaudēs ad laborē obediētiæ, poteſt dici potens in opere. Sed ſi minus hunc delectat aſſiduitas orationis, ſi non eſt ſolicitudine pia deuotus in uigilijs, uel forte non habeat gratiam prædicationis, potens eſt in opere, ſed non in ſermone. Videas aliquem frequenter in oratione deuotum, cuius oculi ſunt ſicut piſcinæ in Eſebon præ multitudine lachrymarum, ſed recuſat ferre iugum obedientiæ, uotum ſuum offerre ſe æſtimat offerēdo hoſtiam amputata aure, ſuam plangit in oratione ſuperbiam, ſed hora cōpunctionis tranſacta, ita ſuperbus eſt ſicut ante. Vel ſi leuis in moribus, poſt orationis ſuæ deuotionem in eandem recidit leuitatem, oſſa eius replentur uitijs adoleſcentiæ eius, ut nūquā in cōuerſatione ſua ſit maturus. Licet ad modicū orationis tempore ſit deuotus, uox quidem uox Iacob eſt, ſed manus manus ſunt Eſau. Tales potentes uidentur in ſermone, ſed non in opere. In opere & ſermone ſunt potentes, qui habent in moribus honeſtatem, in operibꝰ uirtutem, in ſermone ſcientiam, deuotionem in orationis aſſiduitate, grauitatem in conuerſione, perſeuerantiam in amore. Piæ ſiquidem operationis oratio deuota eſt reclinatoriū, & deuotæ orationis exercitatio præbet bonorum operum fulcimētum. Hæc eſt enim plenariè cōpunctio ſalutaris, quem cōmendat cōſcientiæ latitudo. Vnde cùm ſapientiam & diuitias dediſſet dominus Salomoni, dedit ei & latitudinē cordis: quia nihil eſt ſapiētia, nihil diuitiæ, ſi in corde nō redundauerit qui tranſuadari nō poteſt fluuius charitatis. Nec parcit dominus uerbis potentibus, & ad depræcandū compoſitis, ſi ſic potēs es in opere & ſermone, eſto coram deo & omni populo. Corā deo te cōmendat puritas intentionis, coram populo utilitas operis, ut ſint lumbi mētis tuæ ſuccincti, & lucerna ardēs in manibus tuis. Et bene coram omni populo: quia charitas neſcit angulum, nō amat proprium, deſeruire deſiderat utilitatibus ſingulorum. Hinc eſt quòd apoſtolꝰ ſe commendat ad omnem cōſcientiam hominum, prouidens bona nō tantum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus, ut tam deo quàm omni populo ſit acceptus. Sed beatiſsimo apoſtolo nemo ſe audeat cōparare. Quantū enim diſtat ortus ab occidente, tantum à uijs noſtris fuerũt uiæ eius: & ſemitæ eius à noſtris ſemitis exaltatæ: quia (ſicut dicit Eſaias) facti ſumus immūdi omnes nos, quaſi pānus mēſtruatæ uniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Potentes nos ſumus in operibꝰ, & quid oremus ſicut oportet neſcimꝰ. Ille ſolus ſpecioſus forma præ filijs hominū, ſingulari priuilegio fuit ꝓpheta potens opere & ſermone, qui potenter operatꝰ eſt ſalutē noſtram in medio terræ. Poteſtate plenus fuit in ſermone, quādo omnia creauit, quādo dixit & facta ſunt, ipſe mādauit & creata ſunt. Fortis fuit in opere cum hominem reparauit, & iuxta uaticinium Eſaiæ opus ſuum ut faceret, opus ſuum alienū opus fecit. Verè fuit opus alienum, ſi conſideres quomodo tradiderunt eū ſummi ſacerdotes & crucifixerunt eū. Domine audiui auditionem tuam, & timui: conſideraui opera tua, uias tuas, & expaui. Subſannauerũt te ſubſannatione, dentibus ſuis ſuper te frenduerũt, aduerſum te lætati ſunt & conuenerũt, te ſummi ſacerdotes & principes tradiderunt. Illi qui regere gregē debuerunt per uiā ſalutis, facti ſunt laqueus & ruina in præcipitium dānationis. Ex ipſis flāma inuidiæ erupit: quia ſicut in Iob legitur, ignis dei de cælo cæcidit, & tactas oues pueroſq; cōſumpſit. Nos igitur qui quærimus crucifixū, crucis attēdimus myſteriū. Ipſa eſt ſtatera corporis Chriſti, quā deſiderabat qui dicebat. Vtinam appenderētur peccata mea quibꝰ iram merui, & calamitas quam patior, in ſtatera. Crux facta eſt ſtatera corporis Chriſti, quod eſt eccleſia. Cum enim ipſe crucifigeretur, appenſa ſunt cum ipſo peccata quæ commiſimus, calamitas quam incurrimus. Ipſe erat innocens, impollutꝰ, ſegregatus à peccatoribꝰ, & excelſior cælis conuerſatio eius: nō enim peccatum fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et quoniā talis ac tantus, tam indigna dignatus eſt in cruce pati, præponderare cœpit calamitas, & crimina leuigari. Cum adhuc tamen in cruce erectus ſtaret, uacillare uidebatur ſtatera, nec plene cognoſcebatur qua cadere deberet, cū inclinato capite emiſit ſpiritum, ut calamitas præponderādo caderet: & quaſi arena maris grauior appareret. Gētes quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt. Nam in ſtatera ceciderunt: quia partes aduerſæ damnationis noſtræ chirographum amiſerunt. Trituratus eſt Moab ſub domino expandit manus ſuper eum ſicut natans ad natandum, ne demergeretur in profundum: & ut ipſe ſubleuaret nos in excelſum, expādit alas ſuas, nos aſſumpſit & portauit in humeris ſuis, ſicut aquila prouocans ad uolādum pullos ſuos. Sic aſcendens ſuper omnes cælos, de excelſo miſit ignem in oſsibus noſtris, ut quæ ſurſum ſũt ſapiamꝰ, & noſtra conuerſatio ſit in cælis. Potens fuit coram deo & omni populo: quia factus eſt angelus loquens pro nobis, & interceſſor exiſtens patri reconciliauit humanum genus, utrunq; ſolus potuit arguere, & ponere manum in ambobꝰ. Et quomodo ſummi ſacerdotes & principes crucifixerunt eum. Per ſacerdotum quippe perſuaſionē populus dimitti Barrabam, Chriſtum crucifigi acclamauit, & Pilatus fieri adiudicauit, linguis nō manibus ipm crucifixerunt. Vnde dicit Dauid quia linguas ſuas ut gladium acuerunt. In hoc fortè minus reprehenſibiles quàm noui crucifixores qui manibus & uerbis mortem illi accerſiunt, immortalem mortificant, incrucifigibilem crucifigunt. Quæ ab ipſis in occulto uel etiam in aperto fiũt, turpe eſt dicere. Ponere uereor os meum in cælum, ut non dicam in cœnum, & Saul ad purgationem uētris inclinatum occidere. ſufficit ſi oram chlamydis abſcindā gladio Hieremiæ: cū dominus dicat per Malachiā: Vos me cōfigitis: gens ſcilicet tota. Oſtēdit Hieremias quomodo ſummi ſacerdotes & principes eū crudelius crucifigunt. Ibo, inquit, ad optimates & loquar eis, ipſi eñ cognouerũt uiam domini, & iudiciū dei ſui. Et ecce hi magis ſimul fregerunt iugū, ruperunt uincula, & à propheta uſq; ad ſacerdotem omnes faciũt dolum. Ecce quomodo ſummi ſacerdotes & principes crucifixerũt eum. Nos autē ſperabamus quòd ipſe eſſet redempturus Iſrael, qđ interpretatur uir uidens deum. Per quod literati & religioſi qui ſpecialius præ cæteris debent uidere deum per intelligentiam & affectū, ſignantur. Hinc eſt nō minima cauſa triſtitiæ nobis quia etiam literati & qui uidentur religioſi, cōparantur iumentis, & immundiores facti ſunt illis. Ipſi enim non ſolū ſpinis peccatorum ſuorum crucifigunt deum, ſed alijs facti ſunt in prouerbiū & exēplum. Nos autem ſperabamus quòd ipſe eſſet redempturus Iſrael. Nō eſſet doloris materia nec res tam ſtupēda, ſi plebs quæ nō nouit legem, ſola caderet in errorē: quia releuari poſſet per literatorū & religioſorum prudētiā, ſi ipſi nō fuiſſent primi ad ruinam. Nos autē ſperabamus quòd ipſe eſſet redempturus Iſrael. Nā ſi dicit regi apoſtata, & uocat duces impios, ſi ſupplātet optimates, & ducit ſacerdotes inglorios, & ipſi forſitan non ſunt literati & ignorāt legē domini filij ſunt diffidentiæ, nec de ipſis ſumꝰ in admiratione, ſed de literatis ſtupemꝰ, & qui prætendunt habitum religionis, qui bonum uerbum dei guſtauerũt, & donum cæleſte, uirtuteſq; ſeculi uēturi, & ecce uaccæ pingues Samariæ facti ſunt arbores autūnales eradicatæ, bis mortuæ, facti hoſtes in capite, qui docere debuerāt uiā uitæ. Nos autē ſperebamus quòd ipſe eſſet redempturus Iſrael. Et nunc ſuper hæc omnia tertia dies eſt quo hæc facta ſũt. Primꝰ dies quo crucifixus eſt Chriſtus, perſecutorū & hæreticorum ſignificat tempus, qui primitiuam eccleſiā tormentorum aſperitatibus uexauerunt, quæ corpus eſt eius. Secūda dies qua ſepultꝰ fuit, tempus figurat bypocritarum, qui Chriſtum quaſi ſepultum in terra reputāt, terrenis cōmodis & honoribus inhiātes, qui nullam uiſi terrenæ felicitatis glóriā pro ſuis laboribꝰ expectāt. Sup hæc omnia tertia dies eſt, in quo debemus aliud grauius periculū conſiderare, ſcilicet in falſis fratribꝰ. Et in hac tertia die Chriſtꝰ debuerat reſurrexiſſe: quia putabamus his diebus ubiq; diffundi uirtutem ueræ fidei, & per loca religioſa charitatis radios dilatari, ut poſt Orionas & Hyades apparerent interiora auſtri. Sed quia penè oēs declinauerũt, & adhuc in iniquitatibꝰ ſuis Chriſtū crucifigũt, ſuper hæc omnia dolemꝰ quia tertia dies eſt ex quo hæc oīa facta ſunt, Sed & mulieres quædā ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentū, & non inuento corpore eius uenerũt dicentes ſe etiam uiſionem angelorum uidiſſe qui dicunt eum uiuere. Mulieres piæ ſunt cogitationes. Per monumentū clauſtrum religioſorum poteſt intelligi, in quo ſumus Chriſto per temporaliū delectationū mortificationē & ſanctæ profeſſionis uinculum conſepulti. Tūc mulieres uadant ad monumentum quærere dominum, quādo cogitamus ſi ſaltem uel in clauſtris religioſius ſit requirens ac diligens deum. Ante lucem uenerũt, & corpus eius nō inuenerunt. O quàm dulce eſt ante lucē ſurgere ad quærendum dilectū, Dulcis eſt quærenti illū, In

lectulo meo quæſiui per noctes quem diligit anima mea: quæſiui & nõ inueni illũ, reſtat ergo ut uadam ad monumentũ, id eſt ad religioſorũ clauſtrũ, ad uigilias clauſtralium, quia ibi dilectũ inueniam, etſi nõ ſecũdũ corpꝰ. Et enim ſi cognouimus ſcd̃m carnem Chriſtũ, ſed iam nunc non nouimus. Ciuitatẽ cuſtodiũt iſti uigiles, angeli ſunt quorũ uiſionem ſe uidiſſe aſſerunt mulieres, quæ dicunt eũ uiuere, & per feruorẽ ueræ dilectionis oſtendũt Chriſtum in ſuis cordibus habitare. Iſti uigiles obſeruantes omni tẽpore cuſtodias domini. Ipſi excubant ad oſtium tabernaculi, ipſi ſũt Oriones & Hyades, & interiora auſtri. Quàm delectabile eſt eis intereſſe uigilijs, conſurgũt de nocte in principio uigiliarũ ſuarum, ut effundant cor ſuum coram domino, & oratio earum apud altiſsimum, ibi in medio iuuencularũ tympaniſtriarum principes cõiunguntur pſallentibus. Ibi in exceſſu mentis Beniamin adoleſcentulus, ibi reſonat cæleſtis ſimul concentus. Ibi ſunt ſeraphim, Sanctus, Sanctus, Sãctus clemẽtia, & cherubim ſeſe uerſis uultibus in propitiatorium reſpiciẽtia. Ibi iubilant omnes filij dei, laudant dominũ ſidera matutina. Ipſi ſunt uerè ſimiles angelis, per ſtudium angelicæ conuerſationis. Ipſis commiſſa eſt cuſtodia monumenti, ſcilicet obſeruãtiæ regulares clauſtri. Monumentũ iſtud Chriſtus nõ deſerit, qui nobiſcũ ſe promiſit eſſe uſq; ad conſummationem ſeculi: & tunc nos erimus ſecũ cũ nos acceperit ad ſeipſum. Mulieres ſe dicunt illum non inueniſſe, ſed uiſionẽ angelorum uidiſſe, qui dicunt eum uiuere, quoties uerſamꝰ in cogitationibꝰ noſtris: quia etſi ſunt uerè ſimiles angelis q de die in diẽ & in nocte laudem domini decantãt in terris, ſicut illi in cælis, nõ tamẽ poſsidẽt gloriam æternæ beatitudinis ſumma ſanctitate conſummata. Paululum, inquit, cum pertrãſirem eos inueni quem diligit anima mea. Sed quid eſt quod dicitur, terruerunt nos? Non eſt terror qui incutiat horrorẽ, ſed qui nouam cordis parturiat exultationem uel admirationem. Dum enim cogitamus quàm felices deliciæ abũdãt in clauſtro, ſuper hoc expaueſcit cor noſtrum, & quadam dulci reuerentia mouetur de loco ſuo. Et abierunt quidã ex noſtris ad monumentũ, & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum autẽ non inuenerunt. Abierunt quidam ex noſtris. Iſti ſunt affectus religioſæ mentis, qui omnia ſicut mulieres inueniũt, non tamen reuertũtur ſicut de mulieribꝰ legitur. Quãdo enim ſolis cogitationibus de amore religionis tractamus in cordibꝰ noſtris, mulieres ad monumẽtum uadunt & redeunt. Sed cum affectus mentis ad conuerſionis deſideria conuertuntur, nõ iam tantùm mulieres, ſed quidam ex noſtris ad monumẽtum uadunt, qui nõ reuertunt̃, ſed nec ipſum inueniũt. Hoc autem experimento cognoſcimus, quia cũ feruore nouitij ad conuerſionem uenerimus, hic Ieſum inuenire nos æſtimamus, quia perfectæ trãquillitatis & ſanctitatis gaudia apprehendere nos ſperamus. Sed cũ proceſſu tẽporis experimur miſerias humanæ fragilitatis, tunc recognoſcimus q̃m nõ inuenimus dñm uiſionem tamẽ angelorũ aſpicimus, exempla ſcilicet feruẽtiũ monachorum. Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credẽdum in oĩbus quæ locuti ſunt ꝓphetæ. Nõnne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriã ſuam? Scaturire uidentur hæc uerba teneritudinem amoris, & quaſi muſtũ quod dirumpit nouas lagũculas, de medullis procedere diligẽtis. Dedit dñs uoci ſuæ uocẽ uirtutis, ut eſſent hæc uerba eius ſicut malleus cõterens petram, & ſicut ignis, teſtimonio Hieremiæ: Verba eius ſicut ignis & malleus ut de igne aſcẽdat uirgula fumi ex aromatibꝰ & puluere pigmẽtarij, & conterat malleus. Libet paululum ad ſuauitatem hiſtoriæ mentis oculos inclinare. Dum interpretatur ſcripturas, dum exponit Moyſen & prophetas procedens ex ipſius ore mira ſuauitas mẽtes refrigerat mœrore & tædio cõternatas, ineſtimabilis redundabat in labijs Ieſu ſermonis elegantia ſuper mel & fauũ, dulceſcebat eiꝰ eloquium ſuper omnia aromata. Profectò ordinẽ cæli nouerat, & ponebat rationem eius in terra. Impleta gaudẽt uiſcera luctu in lætitiam mutato. Iam refulget in conſcientijs domini reſurrectio. Reſurgenti magis gaudere incipiũt, quàm cõdoluerãt crucifixo. Hinc eſt quòd appropinquauerunt caſtello quo ibant, quia impleri cœperat deſideriũ conſilij quod quærebant. Et ipſe ſe finxit longius ire, ut dũ uellet eos deſerere, dilectiõis igne quo ſuauiter ardere cœperãt, mirabilius æſtuarent. Quid eos putas tũc animi habuiſſe, cũ ſe fingeret lõgius ire? Aeſtimo forſitan talibus cũ querimonijs interpellaſſe. Ne decedas dulciſsime, ne deceſſeris à nobis, ſed adhuc de Ieſu Nazareno ſonet uox tua in auribꝰ noſtris. Loquere quæ ſumus de gaudio reſurrectionis, mane nobiſcũ quoniam adueſperaſcit: & inclinata eſt iã dies, ſed agemus uigilias noctis. Nõ enim ſufficit dies ut ſaturetur auris auditu de dulciſsimo Ieſu. Et coegerũt eum, quia cohibere ſe non poterat uis amoris. Nũc ad delicias reuertamur moralitatis. O ſtulti & tardi corde ad credendũ in omnibꝰ quæ locuti ſunt prophetæ. Nõnne hæc oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriam ſuam? Impletũ eſt tempꝰ qđ dixit dominus in euãgelio. Vbi duo uel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Cõgregati ſunt in nomine eius duo, ſcilicet oratio & meditatio, ut turtur & colũba querimonias dulces ſubmurmurent in foramine petræ, in cauerna maceriæ, condolentes de dñi paſsiõe. Sed cõtra hæc ſuſurria, hæc deuota ſuſpiria, tam gratioſa ſunt in oculis eius qui ſcrutatur renes & corda, ꝙ non poſsit diu abſcõdere multitudinẽ dulcedinis ſuæ quam abſcondit timẽtibus & diligẽtibus ſe, ſed ſæpius per occultam inſpirationem, ſæpius per ſcripturæ ſacræ lectionem, talem triſtitiam in iubilum ſolet cõmutare. O ſtulti & tardi corde ad credendum. Cogitãti mihi dulcedinem huiꝰ increpatiõis, flere magis libet quàm aliquid dicere, quia quidam mirifici odoris balſamus ꝑflat areolam mentis meæ. Diſputare cum deo cupio, non quidem ex æqualitate, ſed exponẽdo fragilitatẽ humanæ cõſciẽtiæ. Domine quoties paſſionis tuæ amaritudinem in cordibus noſtris ruminamus, toties de nobis expaueſcimus, quia dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiãt à facie eius. Si enim ex hoc mũdo tranſiſti ad patrem cùm tantis cruciatibus, quid fiet de nobis peccatoribꝰ? Si in uiridi ligno hæc fiũt, in arido quid fiet? Dũ tales in oratione fundimus querimonias, cõſolatur nos dulciter increpando illa uera & ſumma charitas per ſcripturarũ autoritatem, ſeu per occultam inſpirationẽ. Quid de mea paſsione tã triſtes eſtis? Nolite timere puſillus grex, paſſus ſum ut uos gaudeatis. Theſaurizaui uobis theſauros exultationis, quia theſaurizare debent parentes filijs. Omnia enim opera ueſtra operatus ſum uobis, reſurrexi ut iubiletis. Dico uobis, cur non creditis? Incipiẽs à Moyſe & prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant. Beati qui nouerũt guſtu felicis experientiæ quàm dulciter quàm mirabiliter in oratione & meditatiõe ſcripturas dignatur dominꝰ reuelare. Et quidem ſcientiarum dominus eſt: poteſt eas ſi uoluerit diſpẽſare. Incipiens à Moyſe & prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant. Hæc facit quãdo corda noſtra illuminat radijs charitatis. Ille tenet & quæ latent & quæ patent in diuinis ſermonibus, qui charitatem ſeruat in moribus. De ſola dilectione perdẽt Moyſes & prophetæ. Tunc appropinquamus caſtello quo tendimus, quia per infuſionem charitatis deſideratum uitæ conſilium obtinemus. Ipſe autem finxit ſe longius ire. Dixi ſapiens efficiar, & ipſa ſapiẽtia receſſit longius à me. Incipiẽti difficiles uiæ domini uident̃, ſed curritur ꝑ eas dum cor cœperit dilatari. Vnde & coegerunt eum. Nõ enim leuiter ad perfectiõis culmen attingit̃: ſed paulatim uirtutum gradibus ad apicẽ charitatis per uiolentiam peruenitur. Coegerunt eũ. Ne mireris ſi uim patitur regnum cælorum, quando & ipſe dominus eorũ. Si igitur quadam naturali duritia cor tuũ ſenſeris indeuo-

tum,inſta

tum, inſta orationibus, intẽde meditationibus, curre ubi eſt impetus ſpiritus, ne aſſenſum carni dederis. Ingere te uigilijs, per lachrimarum uiolentiam uince dominũ maieſtatis, & dic ei: Mane nobiſcum domine quoniã adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Hanc clauſulam multipliciter poſsumus intelligere, & in ea multas delicias inuenire. Mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit. Cũ proſperamus in uirtutũ ſucceſsibus in die ſumus. Cùm nos obnubilant tribulationum anguſtiæ, incipit nobis adueſperaſcere. Cùm triſtitia nos confundit, nobis adueſperaſcit. Et quia ad te confugimus, qui ſolus laborem & dolorem cõſideras mane nobiſcum quoniam adueſperaſct. Iam ueniunt aquæ uſq; ad animam. Iam deuotionis deliciæ uertũtur in miſeriam, iam omnes angulos mentis noſtræ uẽtus tentationis concutit: mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit. Tu tribulatis cordibus es refrigerium, tu refugium, tu ſolatium, tua eſt poteſtas, tuum eſt imperium. Intenti ſunt ad te oculi omnium, te ſolum ſitiens anima concupiſcit: mane nobiſcum quoniam adueſperaſcit. Sine te nihil poſſumus facere. Tu ſolus carmina das in nocte, tu turris es fortitudinis à facie tribulãtis. Tuæ pietatis oculus circa ea quæ ſub cælo ſũt reſpicit: mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit. Per te cõſurgit nobis ad ueſperam fulgor meridianus & orimur ut lucifer cum nos cõſumptos putamus. Non confunditur omnis qui in te confidit: mane nobiſcum quoniam adueſperaſcit. Inclinata eſt iã dies, facti ſunt ueſperi longiores, quia appropinquante mundi termino, ſuperexcreſcit iniq̃tas, & charitas refrigeſcit. Ne extinguatur in nocte lucerna noſtra: mane nobiſcum quoniam adueſperaſcit. Vergente mundi ueſpere, ſole iuſtitiæ, frigus iniquitatis genus humanum opprimit. Oẽs occupat nox perfidiæ, lux ueritatis deficit. Ne deficiamus cum deficientibus, mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit. Vitæ meæ iam inſtat ueſpera, corpus cõſumit ægritudo perualida. Iam mors minatur aſpera. Timor & tremor totam conſcientiam concutit: terribilem ſentẽtiam iudicij pertimeſcit. Sed tu domine cui pater omne iudicium dedit: mane nobiſcum quoniam adueſperaſcit. In manꝰ tuas commendo ſpiritum meum. Ne tradas animam confitentem tibi poteſtatibus tenebrarum, In te ſolo eſt ſalus noſtra, ad te ſunt oculi noſtri, ne pereamus. De multitudine miſerationis tuæ mens fiduciam cõcipit: mane nobiſcum quoniam adueſperaſcit. Vel per neſperam poſſumꝰ intelligere uexatæ mentis refrigeriũ, ut omni feruore tribulationis recedente: oratio & meditatio tranquillũ in ea deo parent hoſpitium, ut eum cogant ad manendum, & inuitent ad cœnandum, iuxta quod ſcriptum eſt: Si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum, & cœnabo cum eo, & ipſe mecum. Factus eſt ſicut uiator declinans ad manẽdũ. Vnde & intrauit cum illis. Factum eſt autem cùm recumberet cum illis, accepit panem & benedixit, fregit & porrexit illis, & aperti ſunt oculi eorum & cognouerũt eum. Panis iſte, panis eſt gratiæ. Hũc panem ipſe per ſe accipit: quia nõ quaſi ĩferior, ſed patri æqualis, dona gratiæ pro ut uoluit non ad mẽſuram accepit. Benedicit panẽ, quando benedictionem ſuam nobis dat legiſlator, ut eamus de uirtute in uirtutem. Frangit & porrigit illis. quia nõ uolentis neq; currẽtis: ſed miſerãtis eſt dei. Nec panem porrigit integrum ſed fractum: quia diuiſiões gratiarũ ſunt, ſed idem dominꝰ qui ſicut bucellas mittit cryſtallum ſuã. Et quid eſt quod dicitur: aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum in fractione panis? In fractione panis fit diminutio quedam & exinanitio. In fractione uirtutem humilitatis ĩtellige, per quam ſeipſum fregit diminuit & exinaniuit ipẽ etiam qui panis eſt uitæ. Et quoniam ſe exinaniuit, cognitionem ſuam nobis dedit. Ipſe eſt panis deſiderabilis, quem per dies multos Daniel non comedit, q̃a multi & iuſti & prophetæ uoluerunt uidere & nõ uiderũt incaruatam ſapientiam dei patris. Multis æſtuarunt ſuſpirijs præ deſiderio uidendi filium hominis, ſed abſcõditus erat in ſinu patris. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Sapientia abſcondita patris, & theſaurus integer & occultus, quæ utilitas in utriſq;? Frange domine eſurienti panem tuum, panem te ipſum, ut aperiãtur oculi hominis, nec reputetur homini ad peccatum ſi uoluerit eſſe ſicut tu ſciens bonum & malum. Te cognoſcat in panis fractione, qui ab initio uoluit integrum attentare uel attrectare. Frãge te, ut ſeſe diſcat frangere, quia non cognoſceris niſi in fractiõe panis. Audiuit Balaam ſermones dei, & uiſiones omnipotentis intuitꝰ eſt, ſed cadebat apertis oculis, quia nõ cognoſcebat dominum in fractione panis. Sic multos uidetis hodie ſtudẽtes in ſcripturis, docentes in cathedris, prædicantes in eccleſiis, ſed opera eorum non concordant cum uerbis. Confitẽtur uerbis ſe noſſe deum ſed negant factis, quia nõ cognoſcitur niſi in fractiõe panis. Et quidem nobis dominꝰ factus eſt panis, & nos ſumꝰ panis eius. In ſudore uultus ſui dignatus ueſci pane ſuo: ut noſtro ueſceremur in gaudio. Si uis ipſum cognoſcere, ſicut ſe fregit, ita te frãge, quia qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ãbulare. Non eſt in ſermone regnum dei, ſed in uirtute. Frange igitur te ad laborem obedientiæ, ad humilitatẽ pœnitentiæ. Porta in corpore tuo ſtigmata Ieſu Chriſti, formã ſerui accipiens, non prælati. Et cùm te exinanieris & fregeris cognoſces dominum in fractione panis. Sed quoniam cœpimus loqui de pane gratiæ dum frangitur, oculi aperiuntur, & dominꝰ cognoſcitur, quia cum cæteris gratiarum donis infunditur uirtꝰ humilitatis. Tunc eũ cognoſcimus, quia ex acceptis donis nos ei humiliter ſubdimus cùm quicquid boni accepimus, ad ipſum referimus, & ſapiens atteſtatur quòd ab humilibus honoratur deus. Vide quomodo dictis noſtris concordet beatus Gregorius. Qui, inquit, uirtutes cæteras ſine humilitate congregat, quaſi puluerem in uentũ portat. Et unde ferre aliquid debuit, inde deterius ſequatur. Vera ergo humilitas aperit oculos dũ uirtutes cæteras per quas uentos ſuperbiæ poterat excæcari, frãgit & diminuit: & hõ ſe ex ſe nihil eſſe cognoſcit. Et quãto quis decreſcit in deſpectiõe ſui, tanto amplius proficit in cognitionem dei. Vt ergo cognoſcatur dominus in fractione panis, frangat homo ſi quas habet in ſe uirtutes, frãgat proprias uoluntates, imitãs illum qui pro nobis factus eſt obediens uſq; ad mortẽ crucis. Et ipſe euanuit ab oculis eorũ. Mira res. Cùm incipit magiſter cordi dulceſcere, tunc fugit, ut de abſẽtia ſua faciat nos dulciter dolere. Tales ſunt amoris deliciæ, oculi amoris ipſum faciunt auolare. Fuge dilecte mi, & aſsimilare capreæ hinnuloq; ceruorũ, ſuper montes aromatum. Aſcẽde ſuper cherubin, & ambula ſuper pennas uẽtorũ. Eſto tamẽ ſimilis capreæ hĩnuloq; ceruorũ, ut oculos dilectiõis tuæ nõ auertas à nobis, etſi à nr̃is te ſubtrahis, q̃ hũilia reſpicis, & alta à longè cognoſcis. Et dixerũt ad inuicem. Nõnne cor noſtum ardẽs erat in nobis de Ieſu dũ loqueret̃ nobis in uia, & aperiret nobis ſcripturas? Clauſula iſta nõ eſt exponenda, ſed ruminanda. Quoties in nobiſmetipſis marceſcit anima noſtra, & poſſident nos dies afflictionis, quoties tædijs uel tẽtationũ uulneramur ſagittis, ad memoriam reuocemus quid aliquãdo in oratione ſenſerimus, quid in meditatione guſtauerimus, qualiter locutus ſit nobis dñs, cũ ſilicet trãſmigraremus in delicias contemplationis. Nõnne cor noſtrũ ardens erat in nobis de Ieſu? O dulcis ardor, dulcis ſplendor, dulcis amor. Ardor cõfortãs, ſplendor illuminãs, amor inebriãs. Quàm dulciter ardes, quàm mirabiliter ſplẽdes, quàm ſufficiẽter totũ cor hominis imples? Quis poterit habitare de nobis cum igne deuorante. cũ ardoribꝰ ſempiternis, cùm iam non erit ignis in Sion, ſed caminus in Ieruſalem in ſplẽdoribꝰ æternitatis? Tũc etiã recordabimur de hoc puo igniculo quẽ ſentimꝰ ĩ cõualle ploratiõis, cãtabimꝰ & pſallemꝰ, & dicemꝰ adiuicẽ: Nõne cor nr̃m ardẽs erat ĩ nobis de Ieſu? Cũ ſub pauptate degeremꝰ militiæ regularis, & ſtaremꝰ ad pſallẽdũ ĩ nocturnis uigilijs, & poſt uigilias abſcõditi ĩcũberemꝰ orõnibꝰ illis breuiſsimis iteruallis

quàm magna tũc erat in cordibus noſtris multitudo dulcedinis, Nónne cor noſtrũ ardens erat in nobis de Ieſu? Nónne nox erat illuminatio in delic ijs? Nónne cor nr̄m tunc ardens erat in nobis, cùm in clauſtro reſidentes meditaremur in ſilentio, quãdo ſecreto deus erat in tabernaculo noſtro, cùm ſuper Ieruſalem cor aſcenderet, &, cogitaremus patriæ gaudia, cùm concẽtus cæli reſonaret in conſcientia? Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis de Ieſu, cùm diuinarum ſcripturarum dulcedine noſtras reficeremus animas, inuenientes in illis mirabiles delectationes ſuper omnes diuitias? Nónne nos tunc docebat unctio Chriſti de omnibus, medullatas infundẽdo nobis delitias? Nónne cor noſtrum ardẽs erat in nobis de Ieſu dũ loqueretur nobis in uia? Et ſurgentes eadem hora reuerſi ſunt in Ieruſalem, & inuenerunt cõgregatos undecim & eos qui cum ipſis erant, dicentes: Quia ſurrexit dominus uerè & apparuit Simoni. Nõ incõgruè eadem hora dicũtur ſurgere, quia nõ niſi ad horam nec ad horam quidem eſſe poſſunt in anima tales deliciæ, citò tranſeunt, abeunt, euaneſcunt. Ideo fugiunt, ut earum plenitudinem que debetur in patria, feruentius appetamus, ideo animum alliciunt & inflammãt, ut ſurgamus, nõ ut in Hierico deſcendamus. Ibi inſidiantur, ut pſolient uel necent deſcendentes. Sed nobili quadã ſuperbia deſpicere debet hæc temporalia quæ mutabilia ſunt ſicut luna, anima cæleſtibꝰ delicijs aſſueta. Surgentes igitur oratio & meditatio reuertũtur in Ieruſalem, cùm poſt ſpiritualium deliciarum refectionem pacis intimæ poſſidẽt quietem. Vndecim iſti qui in Ieruſalem ſunt congregati, dona ſeptiformis ſpiritus, & quatuor principales uirtutes poſſunt intelligi. Illi qui cum eis ſunt, fides, ſpes, charitas, & ſiqua ibi ſunt alia gratiarum dona, dici poſſunt. Cõgregatos iſtos oratio & meditatio inueniunt, non cõgregauerunt; quia etſi pro poſſe noſtro intendamus uirtutibus congregãdis, nihil ſine patre luminũ poſſumus, qui & uelle & perficere in nobis operatur. Iſtis dum oratio & meditatio coniungũtur, dicunt quia ſurrexit dominus uerè, quãdo amanti conſcientiæ inſibilãt gaudium reſurrectionis dominicæ. Sed quid uult ſibi quod ſubditur; apparuit Simoni? Videte ne fortè propter nos dictum ſit, qui ſpecialiter filij ſumus obedientiæ, qui ſapiẽtibus & inſi piẽtibus debitores ſumus ſine cõtradictone uocis, ſine rãcore murmurationis obedire. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, magnũ letitiæ cumulum parturiens obediẽtibus, quia dominus apparuit Simoni, & ipſi ſoli ſpeciali prærogatiua præ omnibꝰ. O ſi deuotæ mentis memoria reuoluamus quàm dulcis ſit eiꝰ apparitio obediẽtiæ filijs in illo agone terribili, & in illa hora miſerabili, ubi cogit anima in corpore ſeparari. Non præſumimꝰ quæ neſcimꝰ aſſerere, poſſumꝰ tamen pijs imaginationibus tale, aliquid cogitare. Fortè aliquibus tũc apparet Chriſtus cum uexillo obedientiæ. & ineffabili exultatione exhilarat obediẽtis animam in illa tribulatione: & his poteſt ſermocinationibus cõſolari. Ne timeas fili obedientiæ, ne timeas intueri manꝰ propter obedientiam cruci affixas, conſidera pedes expoſitos fixuris clauorum, & latus lancea perforatum, attende qđ propter obedientiam motuus ſum: & ſi propter fragilitatem humanã conditionis obediẽtia tua ſit minus aliquid perfectum habens, uolo ut plenitudo meæ obediẽtiæ ſit tuæ minus ſuficientis obedientiæ ſupplemẽtum. Quid in illa hora poteſt eſſe ſuauius tali conſolatione? quid imprimi poteſt humano cordi dulcius? Ponite hæc ſuper corda ueſtra filij obedientiæ, gaudete & exultate, quia ſurrexit dñs uerè, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in uia, & quomodo cognouerũt eũ in fractione panis. Extremam hanc clauſulam referre poſſumus ad illa beatæ quietis gaudia, cũ ſedebat unuſquiſq; ſub uite ſua, & ſub ficulnea in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta, cum plateæ Ieruſalem ſternentur auro, & per omnes uicos eius allelu ia cãtabitur, & implebitur infantibus & puellis ſequẽtibus agnum quocunq; ierit in ueſtibus albis. Tũc narrabimus quæ geſta ſunt in uia, quomodo cognouimus dominũ in fractione panis, quàm dulciter nos humilat hic in loco afflictionis, ut delicietur in cordibus noſtris, qui ſecreta ſua abſcõdit à ſapientibus & prudentibus, & reuelat ea paruulis. Tũc recordabimur periculorum in quibus uerſamur, tribulationum quibus affligimur, miſeriarum quibus inuoluimur: & mirabiliter lætabit quia hæc omnia uelut umbra tranſierunt & de ſplendoribus in quibus erimus oſſa noſtra iubilum germinabunt. Tunc plantabimus uineas in monte Samariæ, & audiemus uocem gaudij, & uocem lætitiæ, uocem ſpõſi, & uocem ſponſæ: & uidebimus gloriã regis, & decorem reginæ. Tũc lætabitur uirgo in choro, diadema regni portãs in capite ſuo, & oſtendet nobis fructum ſanctiſsimi uentris ſui. In humanitate noſtra uidebitur dominus maieſtatis. Tũc uidebit & affluet & mirabitur & dilatabitur cor noſtrũ, ſimul laudabimus: quia oculo ad oculum, aſpectu cõtra aſpectum uidebimus, facie ad faciem cognoſcemus, ore ad os colloquemur dicẽtes: Tibi domine poteſtas & imperiũ, tibi honor & gloria, te laudet omnis ſpiritus in ſecula ſeculorum, Amen.

¶ Finis.

IN NOMINE DOMINI IESV.

Sequitur repertorium præcipuarum ſententiarum præſentis uoluminis, quoto uidelicet folio quotaq; columna, & ſub qua literarũ A, B, C, uel D, ſituantur. Quia tamen ipſo iam uolumine magna pro parte exarato: quædam in Claraualle reperta eſt uetuſtiſſima tabella: eam eiuſdem loci nõnulli monachi, alteri tabulæ per germanos impreſſores dudum compoſitæ utile duxerunt coniugari: quomodoq; acommodatius potuere; eiſdem quatuor conſignatis literis adaptarunt. Veruntamen, quia præ raritate earundem quatuor literarum non ſemper fieri potuit hæc adaptatio: ideo in eiuſdem deficiẽtiæ ſubſidium, colũnas quæ cõmuniter. lxxj. ſunt linearum: uiſum eſt tripartiri in principium, medium, & finem; eo moderamine qđ quælibet pars. xxiiij. lineas contineat. Et ut promptius quod quæritur ad oculũ ſe offerat: additum eſt primum ſententiæ quæſitæ uocabulũ. Vbi notandum q fo. folium ſignificat. co. columnam. prin. principium. me. medium. fi. finem. Exemplũ primi. Abijcere à nobis oculũ uel pedem quid eſt: & qualiter intelligere debemus. Fol. 55. co. j. A. Exemplum ſecundi. Abrenunciantes nouiter ſeculo ſuſtineant dominum in patientia. fo. 22. col. j. me. Sanc.

AB ADAM ET EVA PRImis parentibꝰ peccatũ & miſeriã habemus. fo. 215. co. j. me Quid à uobis.
Abbatum negligentia ad comprimendũ luxum ueſtiũ & alimẽtorũ reprehenditur. fo. 284. col. j. fi. Miror autem.
Abbatis cura plerunq; augetur cum minui putaretur. fo. 204. co. iiij. me. Sed ecce.
Abiectione non gaudere minus eſt à perfecto. folio. 239. col. j. fi. Non planè.
Abijciamus opera tenebrarum. fo. 12. co. iiij. me. Nox.
Vbiicere à nobis oculum uel pedẽ quid ſit, qualiterq; intelligere debeamus. fo. 55. col. j. A.
Abrenunciantes nouiter ſeculo ſuſtineãt dominũ in patientia. fo. 22. col. j. me. Sanè.
Abſcondere bona noſtra utile magis quàm oſtendere. fo. iij. col. j. me. Incipiens.
Abſtinentia tractatur. fo. 20. colum. ij. prin. Ego quidem. Et fo. 171. co. iij. D. & fo. 146. col. iij. D. & fol. 36. co. ij. fi. Et uobis.
Abſtinentiæ ſingularitas multis ſcandalo fuit. fo. 169. co. iiij. fi. Quid illud.
Abſtinere à carnalibus deſiderijs debemus. fo. 26. colũ. ij. prin. Obſecro.
Abuſio magna & magna nimis, ut diues eſſe uelit uermiculus uilis. fo. 35. co. ij. B.
ACcedendum ad deum eſt, non irruendũ. fol. 146. col. iiij. C.
Accedere põt ad deũ per gratiã, qui peccãdo ab eo recedere potuit & ecõtra fo. 184. co. iiij. D.
Acceptio perſonarum peſſima. fol. 257. columna. ij. fi. De auaritia.
Acceſſum ad deum habemus per Mariam. fol. 2. colũ. iiij. me. Per te.
Acedia fortaſſis interueniente, tædio uel torpore nõ diffidas, nec etiam abundãtia extollaris. fo. 136. columna. ij. B. & D.
Actione, quandoq; præponimꝰ inferiora, affectu ſuperiora præferentes. fo. 159. col. iiij. C.
Actiua uita uia eſt ad contemplationem. folio. 157. columna. ſi. B.
ADam nobis duo reliquit, laborem & dolorẽ. folio. 32. col. j
Adã pro morſu pomi uetiti fugiebat à facie dei, qđ igit fugiemꝰ in die iudicij p tãtis peccatis noſtris. fo. 94. co. iij. prin. Fugiebat.
Adam à qua gloria & honore ceciderit. fol. 150. col. ij. A.
Adæ deiectionis planctꝰ miſerabilis. fol. 150. col. iij. D.
Ad deum uolunt omnes ire, poſt eum pauci. fo. 136. col. j. fi. Quàm pauci.
Adeſſe uel abeſſe percipitur uerbum quod tamen aduenire uel recedere non ſentitur. fo. 178. col. iij. D.
Adeſſe dominũ qualiter deprehendere poſſimus. fo. 164. col. iiij. prin. Si igitur.
Adhæreus deo unus ſpiritus eſt, ſed non unum cum eo. folio. 184. col. ij. B.
Adhærere Chriſto eſt actiones noſtras ad iuſtitiã dirigere, & paſſiones propter iuſtitiam ſuſtinere. fol. 32. colũna. iij. A:
Adiuro, uos filiæ Hieruſalem. Filias Hieruſalẽ adoleſcẽtulas dicit, quibus prohibet excitare ſponſam dormiẽtem. fo. 161. col. j. B. C. & D.
Adiutorium diuinum quàm nobis ſit neceſſariũ. fo. 13. co. j. me. Crede. & fo. 186. col. j. B.
Adiutorij diuini inhabitator, p non inhabitantes cognoſcitur. fo. 70. col. iij. C.
Adiutorio ſunt electis peregrinantibus angeli & ſpiritus beati. fo. 180. col. iiij. A. & fo. 181. col. j. B.
Adoleſcens uerboſus: iuſtitiæ hoſtis. folio. 260. col. j. me; Verboſulum.
Adoleſcentior dicitur homo carnalibus concupiſcentijs, deditus. fo. 155. col. j. D.
Adoleſcentiori filio comparantur gentiles, ſeniori iudæi, fo. 131. col. j. A.
Adorna thalamum tuum humilitate & paupertate. fo. 10. col. j. me Adorna.
Aduenientis perſonæ conſideranda maieſtas, dignatiõis magnitudo, charitatis latitudo, humanæ naturæ exaltatio. fo. 2. col. iiij. fi. In aduentu.
Aduentus ſaluatoris neceſſarius. fo. 4. col. ij. C.
Aduentus Chriſti occultus, cui uenienti aſſurgere debemus. fo. 1. col. iiij. prin. Habetis.
Aduentus dñi corporalis. fo. 2. col. iiij. C. & fol. 10. col. iiij. fi. Vos qui. & fo. 1. col. iij. prin. Sed uideamus.
Aduentꝰ domini Ieſu, ſua nobis manifeſtata eſt benignitas. fo. 18. col. iij. prin. Apparuit inquit.
Aduentus domini ratio quæ ſit, & quis, unde, quo, quis, ad quid, quando, & qua uenit. fo. 1. col. j. C. & cõſequẽter per totum ſermonem.
Aduẽtus domini triplex. fo. 2. col. iij. B. & fol. 3. col. iij. pri. Diximus nuper. Et fo. 77. col. ij. me. Sed conſidera.
Aduẽtus ſpiritualis ſeu uiſitatio domini quomodo præſentiri poteſt. fo. 164. col. ij. C.
Aduentus dñi triplex utilitas. fo. 4. col. ij. prin. Si deuote.
Aduentũ dñi ſicut ab eo qui expertus eſt edocemur ignis præcedet & inflãmabit in circitu inimicos eius. fo. 147. col. j. A.
Aduentum domini ad animam quæ ſunt quæ præuenire debent. ibidem. & D.
Aduentꝰ nomẽ & ratio qualiter differãt. fo. 1. co. j. A. & B.
Aduentum domini qualiter celebrare debeamus. fo. 2. columna. iij. C. & col. iiij. D.
Aduentus domini in mentem ſigna & prænuncij. fo. 164. col. iiij. me. Si igitur
Aduerſarius habet ignem ſuum. fol. 22. colum. iiij. me. In eccleſijs.
Aduerſarius cui conſentire nos oportet in uia, deus eſt. fo. 185. colũ. iiij. B.
Aduerſitas multos frangit: proſperitas plures extollit. folio. 30. col. iij. prin. Licet enim.
Aduerſitati tria ſunt opponenda. fo. 119. col. iij. princ. Aduerſitati.
Aduerſus os loquentiũ iniqua ſufficit bonorum opinio. cum teſtimonio conſcientiæ, fo. 139. col iij. B.
Adulatores & detractores qualiter capiẽdi ſint. 169. col. ij. fi. Peſſima.
Aduocatus fidelis, qui non quærit quæ ſua ſunt. fol. 207. col. j. fi. Fidelis.
Aduocatorum uerſutia. fol. 255. col. j. me. Agitentur.